



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ
purioris complectantur**

Ferinarius, Johannes

Magdeburgi

VD16 W 3078

De Promissionibus Et Comminationibus additis Legi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36195

DI V I N A. 81
DE PROMISSIONIBVS
ET COMMINATIONIBVS
additis Legi.

De comminationibus vel male-
dictionibus.

Legi sunt additæ comminationes, Quia Deus,
qui est mens iusta, vult destruere omnes naturas pollu-
tas, seu non conformes integritati descriptæ in Lege.

Omnes homines autem in hac prauitate nature
sunt rei peccati.

Ergo communem pœnam sustinent, mortem corp-
poris.

Executio pœnarum est duplex.

1. Politica, congruens ad Regulam: Atrocia
delicta puniuntur atrocibus pœnis in hac uita scilicet,
uel immediate à Deo, uel mediatè per Magistrat-
um.

Quæ sunt causæ pœnarum politicarum,
quas Deus per Magistratus
exequitur.

1. Vt intelligatur discrimen inter rectè facta, &
secus facta, ut sciamus, Deum esse mentem iustam, &
uerè irascentem sceleribus.

2. Vt mali homines tollantur è medio, ne ama-
plius communem societatem uitæ turbare possint.

3. Vt

3. Ut atrocitate, & spectaculis poenarum alij
deterreantur à peccando.

4. Ut istae poenae corporales, sint communes factio-
nes de aeternis cruciatibus, in quibus homines impij
futuri sunt, qui in hac vita ad Deum non conuertuntur.

5. Praeter executionem poenarum corporalium
accedit & diuina maledictio, scilicet, ordinatio ad
poenas aeternas, quae opprimunt omnes homines, qui
non sanantur agnitione Filij Dei.

Sic argumentor.

Aeternum & immutabile iudicium, semper dam-
nat.

Lex Dei est aeternum & immutabile iudicium.
Ergo damnat omnes homines.

Respondeo ad Maiorem: Aeternum & immutabile
iudicium semper damnat, scilicet, nisi iusta seueritas
mitigetur & temperetur misericordia, quae superat
iudicium.

Minor: Lex Dei est aeternum & immutabile
iudicium, sed clementissime mitigatur & temperatur
adiecta dulci interpretatione & ἐπιεικεία ex Euange-
lio, quod declarat legis iudicium esse quidem immor-
tum scilicet, aduersus illos, qui non conuertuntur, &
non apprehendunt beneficium Christi Mediatoris, con-
uersis vero immensa misericordia propter Mediatorem
remitti culpam & poenam aeternam.

Tollunt

Tolluntur ne etiam semper poenae
corporales?

Sapè imponuntur conuersis ad Deum, poenae Temporalis, Quia Deus vult conspici suam iustitiam, & punire peccata. Ideo etiam sanctorum lapsus grauius puniuntur. Vult etiam in calamitate, excitare exercitia poenitentiae, fidei & inuocationis. Vt dicitur: *Ve rebar omnia opera mea, sciens, quod non parcis delinquenti.*

Sic argumentor:

Voluntas Dei immutabilis est.

Voluntas Dei est, vt peccata in omnibus puniantur.

Ergo omnes opprimuntur tristibus poenis.

Respondeo ad Maiorem: Voluntas Dei est immutabilis, scilicet, sicut ipse decernit. Minor: Omnes autem comminationes sunt intelligendae, cum exceptione Poenitentiae.

Probo: Iuramentum dicit: *Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* Et ostendit hoc exemplum Niniuitarum.

Comminationes tamen diuinae certo eueniunt, & semper sunt ratae, ὡς οὐρανὸς ὀχθρῶν. Opprimunt enim maiorem partem hominum, quae non agit poenitentiam. Quo plures vero conuertuntur, eo magis mitigantur ipsis poenae.

Et si igitur, etiam renati in hac vita, sunt in magnis arumnis: tamen calamitates ipsis mitigantur, & tenent

tenent consolationes ex Euangelio. Sicut dicitur: Visi-
tatio in uirga iniquitates eorum, misericordiam uero
meam non amouebo ab eis.

Quæ est interpretatio, addita commi-
nationi i. Præcepti:

Visitabo iniquitates patrum, in tertiam, & quon-
tam generationem:

Contra:

Deut. 24. dicitur: Non occidentur patres pro
filijs, neq; filij pro Patribus. Item: Ezechielis
Filius non portabit iniquitatem Patris.

Ergo ista diſta pugnant.

Reſpondeo: Dictum in Deuteronomio eſt ſortis
ſe. Traditur enim Præceptum politico iudici de extor-
nis delictis. Comminationo primi Præcepti, loquitur etiam
de pœnis corporalibus, ſed quas ſolus Deus excogitat
tur, non Iudex Politicus, quia ipſe intelligit huius peccati
magnitudinem. Ezechielis uero dictum, eſt
angelicum, proponit ἐπιτίμια, quam Euangelium
addit Legi. Conuerſis auferatur pœna æterna, &
mitigantur corporales, eſi non proſus auferantur.

PROMISSIONES LEGALES.

Sic argumentor:

Promiſiones legis habent conditionem impleti
Legis, ſicut dicitur: Hoc fac, & uiues.

Nemo